30064/P

PRISCIANI CÆSARIENSIS ADVERSVS

Jacobum Aubertum Pſeudo-medicum grammatica expoſtulatio.

LVGDVNI.

Priſcian à ſes Compagnons les Grammairiens.

SONNET.

Vous Valle,& Calepin,Donat,& Deſpautaire,
Vous,dy-ie,qui hantez auec moy les regents,
Qui ſe peinent d'apprendre aux plus petis enfans
Du College,les loix qui ſont en la Grammaire,
Donnez commun ſecours à vn commun affaire,
Accourez mes amis,ou tous nos rudiments
Sont du tout renuersés par Iaquet courbé d'ans,
Qui ſe monſtre à ce coup noſtre grand aduerſaire.
Toy Valle,garde bien,ie te pry',d'une part
Que le galant n'eſchappe.Or ſus brayes à part:
Puis que nous te tenons,nous te ferons deſdire.
Iaquet crioit merci:il ruiſſeloit de ſang,
Quand le bon Calepin,qui feſſoit en ſon rang,
Le laſcha,mais pourquoy? fy,ie ne l'oſe dire.

I. D. C. A. D. M.

A maiſtre Iaques Aubert,ſur ſa deuxieme reſponſe iniurieuſe farcie de fautes.

SONNET.

Par ton premier liuret,au moins ſi l'as ſceu faire,
Car ie crain que quelcun ne te l'ayt enfanté,
Et qu'apres comme tien tu l'ayes accepté,
Luy le te permettant à fin de te complaire.
Iaquet,ie t'eſtimoy' grand docteur en Grammaire,
Vn autre Priſcian qui fut reſſuſcité:

Mais aux arts de tout temps bien peu exercité,
Ainſi que tes diſcours ne monſtrent le contraire.
Par ton ſecond Liuret, ie voy ouuertement
Que tu n'es Philoſophe, & ne ſçais ſeulement
Les principes requis à la ieuneſſe tendre:
Ou bien, ſi les as ſceus, qu'eſtant ſur tes vieux ans,
Tu reuiens au chemin que tiennent les enfans,
Qu'il faut mener, feſſer, & en tout les apprendre.

P. D. L. M. G.

Tibi alter Archilochus.

A maiſtre Iaques Aubert, Docteur en tous arts.

SONNET.

Changer bien ſouuent de meſtier,
En l'un & l'autre rien n'entendre,
Iaquet, ſi tu le peux comprendre,
Te peuuent mieux qualifier.
En cuidant ton nom publier,
Et ton los par le monde eſtendre,
Tu ne fais autre que te rendre
De plus en plus vn grand aſnier.
Vn docte eſcrit l'auteur decore,
Il fait que l'eſtranger l'adore:
Mais toy, qui, priué de raiſon,
Iaſes de la Philoſophie,
Feras qu'en ta propre maiſon
On ſe rira de ta folie.

PRISCIANI CAESARIENSIS ADVERSVS *Iacobum Aubertum Pſeudomedicum, grammatica expoſtulatio.*

MAGNIS abs te clamoribus in Quercetanum euocatus, Auberte, impetrata tandem à Plutone, hoſte quoque Chymicis infenſiſſimo, venia, Lugdunum cum ſcutica & flagris perueni, ibíque libellum tuum nactus, vt cognita cauſſa quid mihi ſtatuendum eſſet deliberarē, ita ſum animo commotus, vt continere me non potuerim, quin hāc ipſam in te bilem euomerem, quam in illum tuum aduerſarium eram tuo rogatu effuſurus. Cuius enim hoc eſt pudoris ea velle in alio tam ſeuerè vindicari, quibus tu ipſe in primis tenearis? &, vt vobis iſtic familiari ſermone vtar, feſtucam in alterius oculo animaduertere ſe putare, manifeſtā autem in tuis ipſius oculis hærentem trabem non ſentire? Et cui

tanta ineſt animi ſentitudo, vt (quemadmodum inquit ille ſtomachoſus poëta) Gracchos audire ſuſtineat, de ſeditione querentes? Quid, inquam, minus ferendum eſt quàm rationem ab altero ſermonis repoſcere eum, qui non poſſit ſui reddere? Hac autem in re vt perſpicias quantopere ſit abs te peccatum, neque me eo iure, quod mihi doctorum omnium conſenſu in Grammaticis tributum eſt, abuti nimia quadam aſperitate conqueraris, vide quomodo tandem iſta verè tua excuſare poſſis. Multa enim ſtudio præterij, quæ negligẽtiſſimo typographo tribuenda iudicaui, quo etiam nomine ipſius nates grauiter vapularunt. Peſſimè profecto exiſtimationi tuæ conſuluiſti, cùm in ipſa libelli tui præfatione *ſuis* pro *ipſius*. & *æſtimationem* pro *exiſtimationem* vſurpares. *Horum ſcriptis* (inquis pag. libelli tui 9.) *quàm delirij fuerint iſti belli homines ſatis ſuperq; conſtat.* Immo ex duplici in his pauculis verbis pudẽdo errore te minimè bellum eſſe, ſed prorſus in Latino ſermone delirare plus ſatis conſtat. Et quum pag. 10. pro *baſin* ſcripſiſti *baſsim*, te penitus ἀναλφάβητον eſſe demon

demonſtraſti. Et pag.11. extrema lin.quū *Num* pro *Nonne* ſcriberes, & antecedens iis reticeres,annon ipſis pueris te deridendum propinabas? Pag.verò 13.tuum illud *tueri*, paſſiue acceptum quis tandem tuebitur? Oſcos enim & Sabinos illos detritos ſcriptores ne inſpexiſti quidem opinor. Et quod ais pag.17. *ratum eſſe ab omnibus medicis*, nullo planè remedio curari poteſt,facítq; vt tua rata ſit apud omnes inſcitia. Quod autem *Hactenus ad Anticyras relegandos eſſe* dicis pag.24. pro *relegatos*,contra Grammaticorum omnium præcepta ita loquutus es,vt in eo elleboro te indigere planè oſtēderis. participiorum enim in dus & in tus diſcrimē pueri etiam quintæ claſſis, multò melius quàm tu,norunt. Ex eodem ignorantiæ fonte fluxit & illud pag. 18. *Nihilominus tamen vinces*, pro *nihilo magis*: cuius verbi vſus tibi, vt apparet, prorſus ignotus eſt. Itē pag.20. *ægrotos illudis*, pro *ægrotis*. Item, *quaſcumque res ſuis nominibus, eas ſignificare præſtat*. Et pag. ſequenti, *conſulere*, pro *ſuadere*: & *ſuſpicabitur* paſſiuè, pro *exiſtimabitur*. Et cum pag.30. te *rationabilem medi-*

cum

cum appellaſti, velim mihi reſpondeas vtrũ rationalis an irrationalis animantis officio functus ſis, cùm iſtius tuæ barbaræ & temerariæ ſcriptionis rationẽ proferre nullam poſſis. O medicum rationabilem, qui tam exiguam Grammaticæ artis rationem ducat. Nam quæ ratio, ſiue (vt tuo verbo vtar) quæ rationabilitas fuit pag. 3. dicere *iudicare vt non foret opus*, pro *non fore?* Ex eodem imperitiæ genere illud eſt pag. 10. *Scortationes & violationes perpetrare* pro *vim inferre mulieribus*. Et pag. eadem, itémque pag. 12. *iſtum Ladanum* pro *iſtud*: quod tu aliis omnibus locis neutro genere vſurparas. Et pag. 13. *Eius eſt conſeruare, cuius intereſt producere*, pro *cuius eſt*.

Verum illud quantam tuam inſcitiam, ne dicam impudentem audaciam, arguit quod pag. 14. ita ſcripſiſti, *Aromata ne ſomnum quidem conciliare haudquaquam poſſent*. Item eadem pag. vbi de motione loqueris: *Hæc autẽ ex caloris penuria promanare certiſſimum exiſtit*, pro *Hanc*. Et pag. ſeq. *Apud multos medicos huius facultatis plurima non extare non neſcimus*. Sed cum eadem pag. *Mauritanos medicos* dixiſti

pro

pro *Mauros*, annon apertè oſtendis me in te docendo Maurum & Æthiopem dealbare? Pudet me, Auberte, tuæ inſcitiæ, piget amentiæ. Nam cuiuſmodi tandem illud eſt pag. 22. & 23. vbi genus iſtud loquendi *agere in corporibus* reprehendens, *duobus*, inquis, *modis erras, primò in Grammatices legibus cum magna Priſciani contumelia, vnde ab eius manibus vapulabis*. Et mox, *Secundus dignus eſt ſcutica*. Siccine verò me abs te ludibrio haberi? Non vides paratam aduerſario tuo exceptionem, ſic loquutum Quintilianum, quum lib. 4. cap. 1. diceret multùm agere ſexum, ætatem, conditionẽ in fœminis, ſenibus, pupillis, pro vigere, & vim magnam obtinere? Et qua fronte auſus es hoc dictum reprehendere, qui barbarè ſimul & non ſine duplici horrifico ſolœciſmo ſcribere in ipſa pag. 23. ſis auſus *flatus nihil aliud operari in noſtra corpora, quàm ipſa ſua copia diſtendere?* Et iſtud adiectiuum *Secundus* cui tandem, aut vnde repetito ſubſtantiuo innititur? *forte* pro *fortaſſis* nulla præeunte particula communis fortaſſis erroris teſtimonio, vt & illud *ſcilicet* pro *videlicet*, & *hactenus*

 pro

pro temporis aduerbio, excuſabis. Sed hęc in Priſciani ſchola nihil ſatis ſolidum tuis natibus prætexuerint. Pag. verò 25. quàm optarim te nō ſcripſiſſe *ſcripſerim* pro *ſcripſi*, & *libro tuo* pro *in libro tuo*, quod & ipſum totum Gallicum eſt, non Latinum. Sed illud *vt in abſurdum & vanitatem me adducas*, quàm ſtultè, abſurdè, & ineptè dictum eſt? Et iſtud pagina 26. *præſcribendo* pro *præſcribere*, quàm ridiculum eſt? Et pagina 28. *Medicus*, inquis, *cauſſæ tollendæ præcipuè ſcopum intendere debet.* At ego iubeo, ſi Priſciano vti aduerſarij tui caſtigatore placet, vt tu ipſe prior cauere tibi diſcas. Triſtitia me quidē tuum illud *triſtatur*, paſſiua ſignificatione, affecit bis à te vſurpatum. Me verò patienter ferre poſſe putas tuum iſtud *conſcripſerit* pro *ſcripſit* pag. 34. Sed te fortaſſe tuebitur Ariſtoteles in *ſuis*, vt tu ſcribis pag. 35. *poſterioribus*. Immo verò illud *ſuis* reciprocum, animaduertet neque Græcum, neque Latinum, ſed merè barbarū eſſe: vt & illud ex pag. 45. *non pauci momenti*, pro *non parui*. Sed hæc omnia præ hoc vno certe ludus ſunt & iocus. *Sicut*, inquis pag.

50. *ex*

50. *ex equa & aſino, animalium diuerſi generis mulus producitur.* O tempora! ferrine verò iſtic iſtud poſſe? At ne quid hîc typographo imputes, tuam in hoc ipſo manum teſtem produxit. Nihílne verò ampliùs? Imo & illud pag. 53. *Noſtræ ſe ſubſcribit ſententiæ*, cui ſolœciſmo nemo Latinè ſcribens ſubſcripſerit, nõ magis quàm illi pag. 56. *tractaſſe mihi videtur*, pro *videor*. Quominus autem pag. 54. videri poſſis voluiſſe cum Virgilio & aliis aliquot poëtis ἑλληνίζειν, cùm frigus diceres calori pugnare, illud obſtat quod pag. 20. pro ἑρμηνείας tute ſcripſiſti ἑρμενίας. & pag. 39. τῶ εἴδη pro τῷ εἴδει. Sed quorſum ego plura? Iſta me vero χολὴν ἄκρατον cogũt euomere, quæ res niſi me hîc retineret; eſſem ego iſtuc profectus vt Priſcianum te docerem impunè ludibrio haberi non potuiſſe. Huic autem morbo meo idcirco te adhibere nolo, quòd planè vereor, ne deterior ſis etiã Medicus, quàm Grammaticus; quod periculo meo experiri minimè velim. Controuerſiam autem tibi cum Chymicis inſtitutam non attingo, tantùm dico, me nouiſſe ſatis te illius ſcientiæ, quam damnas, acerrimum fuiſſe

ſemper defenſorem: quid autem ipſi nunc commeruerint,quid peccarint non video. Quòd ſi in ouis decoquēdis, quod te Lugduni feciſſe ſcio, ac negare minimè potes,cētenos aliquot aureos miſerè decoxiſti;ſi oleū,ſi operā amiſiſti,non eſt,Iacobe, quod in eos acerbitatis tuæ virus euomas. Hoccine eſt reprehendere,quod te non intelligere fateris? Hoccine Chymicorum dictionem arguere, tam ſtultè & barbarè loqui?& bene te illud intelligere putare, in quo diu quidem, ſed nunquā bene, elaboraſti? Si tuam impudentiam notam facere hominibus voluiſſes, ſi animi leuitatem,ſi iudicij infirmitatem teſtari, quomodo niſi iſto modo ſcribere voluiſſes? O ingenium callidum! ô hominem acutum! qui non ſolum Philoſophis, verum etiam Grammaticis tantam iniuriam facit. Horum enim præſertim cauſam nunc tuendam ſuſcipio,pro his pugno, horum regulas defendo,quas tu ſuperbè, ne dicā ſtultè,ſanè contemnis. Errores, credo, tuos agnoſcis, nullum ſciens,aut arrogāter,immutaui, multos tamen prætermiſi, quòd tempus deficeret:me mea rurſus enim ſub

Acheronte profundo fata vocant:ibi, Auberte,tandem aliquando,audaciæ tuæ pœnas, Aloidarum exemplo, æternas lues. Lugduni Kal. Maij, CIↃ. IↃ. LXXVI.

A maiſtre Iaques.

Gros animal metamorphoriſé,
D'une pecore en homme deſguiſé,
Qui veux le bruit d'un Ariſtote auoir,
Indigne à toy, (car d'eſtre de ſçauoir
N'as le renom, veu que ta lourde teſte
N'enfante rien qui ne ſente la beſte,)
Tu feras mieux d'acheuer en repos
Tes ans chenus, que ſans aucun propos
Te prendre ainſi à cil dont la victoire
Rend ta beſtiſe à tout iamais notoire.

H. D. P.